

CONCLVSIONES

EX LIBRIS DE ANIMA
& Ethicis.

Quæstio disputanda,

Vtrum intellectus agens in homine distinguatur à patiente?

PRÆERIT P. GEORGIUS CABRAL,
E Societate IESV.

Tuebitur Laurentius à Sylua. integro die Sabbati 24. Mar.



CONIMBRICÆ.

*Ex Officina Didaci Gomez Loureyro Academia
Architypographi.*

Cum facultate Inquisitorum, & Ordinarij, Anno 1607

C O N C L U S I O P R I M A .



DOCTRINA de anima habet pro subiecto ipsam animam tam materialem, quam rationalem; cuius contemplatio, siue prout corpori unitur, siue quoad essentiam spectetur, ad physicum spectat. Ab Aristotele recte anima definitur, Actus substantialis corporis organici potentia vitam habentis. Nomine, corporis organici, intellige materiam affectam organis ad vite operationes exercendas. Vnde non sunt in Philosophia audiendi qui dixerunt formalem animam rationem in temperamento quatuor qualitatum consistere; similiter neque illi qui animam a corpore non distinguunt. Materia priusquam informetur animam rationali, informatur vegetatiua, & sensitiua. Rationales animae ad numerum hominum multiplicantur. Vtrum formae perfectorum animalium sint diuisibiles; pro utraque parte defendemus.

C O N C L U S I O I I .

Rationalis anima est vera, ac propria forma substantialis, & incorporea; nec placet opposita opinio, quam aliqui ex antiquis Philosophis, imo ex patribus, tenere; qui error hodie est intolerabilis, & contra fidem; quae docet, & naturali ratione constat, eam esse immortalem. Etiam dum est in corpore habet subsistentiam a materia independentem. Producitur per creationem a solo Deo, ut a principio conaturali. Nec de potentia quidem absoluta potest accipere esse per generationem. Infunditur corpori in eodem instanti quo creatur. Omnes haecenus creatae solo differunt numero. Pythagorica animarum palingenesia fictitia prorsus est. Quaelibet corporis pars anima informatur. Habet aliquas potentias solum certis in locis.

C O N C L U S I O I I I .

Animarum varietas triplex, vegetans scilicet, sensitiua, & intellectiua recte ponitur a Philosopho. Quae diuisio est naturae genericae in species saltem remotas; quarum sola vltima est species infima. Secunda animae definitio, qua definitur, id quo viuimus, sentimus, loco mouemur, & intelligimus, recte traditur ab Aristotele, si tres vltimae particulae sub disiunctione explicentur. Quae definitio si sumatur quatenus procedit per principium operationum animae, potest per primam ostendi demonstratione a priori; non tamen e contra. Potest etiam demonstrari demonstratione a priori per illam si haec sumatur quatenus traditur per operationes animae tanquam per eius effecta. Prior autem animae definitio demonstrabitur, a priori per secundam, si operationes sumantur, ut sunt finis ipsius animae. A quo vero principio moueatur anima rationalis cum toto, quod componit mouetur? questio est, in qua dicendum moueri ab ipsius potentia motiua, & ab ea quae datur in corpore, prout; ab illa eleuatur.

C O N C L U S I O I I I I .

Generales potentiae rerum viuentium quinque vegetans, scilicet sentiens, loco mouens, appetens, & intelligens per obiecta distinguuntur: Inter ipsas, & animam reale discrimen intercedit: a cuius essentia profluunt. Num vero potentiae cognoscitiuae, & appetitiuae intendantur, & remittantur questio esse potest pro parte negatiua decidenda. Sensitiuam animam quinque sensus externi, interni duo comitantur; qui omnes non tantum munus, sed organum etiam diuersum requirunt. Duo interni in cerebro sedem posuere. Sensatio inter immanentes actiones recensetur; imaginem exprimit obiectum representantem. A potentia non elicitur sine interuentu, saltem remoto, speciei impressae. Omnis species, & intendi, & remitti potest. Potentia augens non distinguitur realiter a nutriente. Probabilius etiam est potentiam generandi non distingui realiter ab aliqua ex his potentijs.

C O N C L U S I O V .

Sensus tam interni, quam externi inuictiuam cognitionem possunt elicere: secundum varios respectus possunt dici potentiae actiuae, & passivae. Sola phantasia abstractiua elicere valet cognitionem inter externos, & internos sensus. Externi, nec diuinius similem possunt elicere cognitionem.

Cum scilicet Inductum, & Ordinarium, & Aliud idem. Impossi-

90
Impossibilis est species materialis, quæ naturam communem representet; nec item est possibilis materialis cognitio rei vniuersalis. Potest tamen obiectum absens saltem diuinitus, à sensu percipi; sicut etiam potest dari cognitio alicuius obiecti, absque concursu speciei impressæ. Omnes sensus in operando necessitate physica egent spiritibus animalibus. Quinque sunt sensibilia communia, videlicet motus, quies, numerus, figura, & magnitudo. Nullum ex his propriam speciem emittit; sed sufficit species proprii sensibilis. Circa quod in genere sumptum non potest sensus falli aliquando autem fallitur circa ipsum in specie.

CONCLUSIO VI.

INTER reliquos sensus externos visus præstantissimus est. Cuius organum est natura aqueum. Non cognoscit per radios ab oculis emissos, sed per species receptas ab obiectis. Visio fit in crystallino humore, qui anima totius informatur, nulloque imbuatur colore. Adequatam visus obiectum ex colore, & luce constat. Lux requiritur ad visionem, tanquam ex parte mediij, quam ex parte obiecti. Rationalis anima quatuor tantum habet potentias scilicet, intellectum agentem, patientem, & voluntatem, & potentiam motiuam, quæ duæ ultimæ ab illis realiter differunt. Num vero ipsi inter se eodem modo distinguantur, pro utraque parte disputetur. In nostro intellectu dantur species intelligibiles. Vtrum verò sint solum rerum communium an etiam singularium pro utraque parte probabile est: ad quarum productionem concurrunt simul cum intellectu agente phantasia mediante phantasmate expresso effectiue, in nostro intellectu dantur conceptus rerum singularium proprii.

CONCLUSIO VII.

Separata anima in existendo, & operando eodem fere modo se habet atque angelus. Illius præsentia definitiua est; & in partes modaliter distinctas diuisibilis. Tribus vititur potentijs in operando, scilicet intellectu, voluntate, & potentia motiua. Nam verò etiam agente intellectu vitatur solum dum est vnita corpori, problema sit. Neque componit, nec diuidit, nec propriè discurret. Species quas in statu vnionis acquisiuit, secum defert; cui Deus plures infundit. An verò reliquas accipiat ab obiectis disputetur. In eo statu habet distinctam cognitionem omnium sensibilium; eodem modo cognoscit se ipsam, suos actus, & potentias aliasque animas, Deum verò, & res, quæ supra naturam sunt, proprijs viribus solum confuse attingit. Non solum se potest mouere, sed etiam alia sibi externa dummodo illius vim motricem non superent; quod præstat impulsoria qualitate aliqua prius impressa.

CONCLUSIO VIII.

Pro Ethicis.

Moralium virtutum finis est felicitas humana naturalis, quæ rectè definitur. Operatio animæ per rationem, aut non sine ratione, secundum virtutem in vita perfecta. Quæ definitio, etsi pro felicitate practica tradatur, facile tamen speculatiua potest accommodari. Animæ passiones bonum, vel malum simpliciter respicientes, ad concupiscibilem pertinent appetitum. Bonum respiciunt; amor, desiderium, & delectatio. Malum, odium, fuga, & tristitia, si bonum, vel malum ardua non sint; si enim ardua fuerint, versantur circa bonum spes, & desperatio; circa malum, timor, audacia, & ira, quæ in appetitu resident irascibili. Omnis virtus moralis consistit in medio quoad obiectum, præter iustitiam. Nulla est homini naturalis propriè. Omnes morales sunt inter se mutuo connexæ. Dantur virtutes morales non solum per accidens, sed etiam per se infusæ, specie distinctæ à naturalibus.

CONCLUSIO IX.

Morales virtutes præcipue acquiruntur, vt passiones prædictas refrænent; hæ sunt iustitia, temperantia, & fortitudo; quas veluti sax prudentia præcedit, quæ est virtus intellectualis, nouè constans partibus integratibus, & tribus potentialibus, quæ sunt Eubulia, Synesis, vel Gnomi, & imperium. Habet sub se tres partes subiectiuas, monasticam, scilicet æconomicam, & politicam. Iustitia in voluntate resistet: habet pro obiecto ius suum vniciuque tribuere: Ex quo etiam colligitur quis nam sit eius actus generaliter spectatus. Iustitia communis diuiditur in legalem, & Epich eiam; particularis in distributiua, & commutatiua erga Deum, & homines. Humana iustitia tredecim habet actus specie diuersos. Fortitudo timorem cobi bet, & audaciam, quæ sunt contra prudentiam. Præcipuus eius actus est aduersa perpeti,

Questionem soluit tertia Conclusio.

Impossibile est species materialis, que non continentur in materia; nec enim est possibile, ut materia sit in seipsa, nec in seipsa sit materia. Et hoc patet, quia materia est in seipsa, nec in seipsa sit materia. Et hoc patet, quia materia est in seipsa, nec in seipsa sit materia.

CONCLUSIO VII

Inter species materiales, que continentur in materia, sunt species materiales, que continentur in materia, et species materiales, que continentur in materia. Et hoc patet, quia materia est in seipsa, nec in seipsa sit materia. Et hoc patet, quia materia est in seipsa, nec in seipsa sit materia.

CONCLUSIO VIII

Species materiales, que continentur in materia, sunt species materiales, que continentur in materia, et species materiales, que continentur in materia. Et hoc patet, quia materia est in seipsa, nec in seipsa sit materia. Et hoc patet, quia materia est in seipsa, nec in seipsa sit materia.

CONCLUSIO XIII

Pro Ethicis.

Materia est in seipsa, nec in seipsa sit materia. Et hoc patet, quia materia est in seipsa, nec in seipsa sit materia. Et hoc patet, quia materia est in seipsa, nec in seipsa sit materia.

CONCLUSIO IX

Materia est in seipsa, nec in seipsa sit materia. Et hoc patet, quia materia est in seipsa, nec in seipsa sit materia. Et hoc patet, quia materia est in seipsa, nec in seipsa sit materia.

Questiones solite tractate Consequa